



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Elementa Doctrinae De Circvlis Coelestibvs, Et Primo
Motv**

Peucer, Kaspar

Vitebergae, 1576

VD16 P 1990

Quartum discrimen.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56559](#)

Cum
; ini
optea
aha
cum
inca
coris
orium
r dea
qui
nito
qua
effis
relie
entia
re
ap
inu
sed
est.
qua

signa enim signorumq; partes , quæ hemicyclium signiferi descendens constituunt , in obliqua sphera exortu rectiore , ascensiones eorundem in recta sphera vincunt , & eo quidem plus , quo puncto æquinoctij autumnalis sunt propiores . Contra , quæ ascendens tenent hemicyclium signiferi , obliquiore emersu ijsdem in recta sphera longe cedunt .

Quartum discrimen.

In sphera recta , signa vel arcus oppositi habent æquales ascensiones , atq; adeo eadem est signi descensio , quæ ascensio . In obliqua non idem coniungit , sed ascensio signi alicuius est oppositi signi descensio . Hinc fit , ut quæ rectæ oriuntur , oblique occidunt , & econuerso .

Quintum discrimen.

Duorum tamen oppositorum arcuum quorumlibet ascensiones obliquæ iunctæ , rectis eorum le ascensionibus iunctis , itidem adæquantur . Cum enim oppositi arcus æqualiter absunt ab æquatore , recessus est , ut quanto alter obliquius ad Horizonem inflectitur & applicatur , tanto alter inclinetur rectius , quod æquator angulum , quem cum Horizonte in quouis sphærae situ complectitur , nunquam mutat . Hinc duo sequuntur πορίσματα .

O s Prim: m